



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

Benedictio lactis & mellis. c. 38

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

**Benedictiones**

turā vini bene \*dicere et sanctificare digneris: ut famuli tui et famulæ ex eo gustantes aīe et corporis recipiant sospitatem, et de oīum grārum largitore sine fine collaudent. Per eund. **Aspergantur aqua benedicta.** **¶ De benedictione auum.** Cap. 36.

**¶ Adiuutorium.** Domine exau. Dominus vob. Oremus. **Oratio.**  
**O** Deus vniuersę creaturę, qui inter cęteras diuersarum creaturarum spēs, et pro humani generis vsu, et volatillum genus ex aqua producere dignatus es: ex quibus floe de arca egrediens, holocausta tibi offerens placuit: et qui pp̄lo tuo ex Ægypto educto p̄ Moysen seruum tuum, munda ab imundis fregans, eden di p̄ceptum dedisti: te supplices rogamus: ut has mundarū auūz carnes bene \*dicere et sci \*ficare digneris: ut quicumq; ex eis comederint b̄dictionis tuę abundantia repleantur, et ad eterne vite gaudia peruenire mereantur. Per.

**Aspergantur aqua benedicta.** **¶ De benedictione lardi.** Cap. 37.  
**¶ Adiuutorium.** Domine exaud. Dominus vob. Oremus. **Oratio.**  
**B**ene \*dic dñe creaturā istā lardi: ut sit remediū salutis regi generi humano: et p̄sta per inuocationem tui sc̄i nominis, ut quicumq; ex eo sumperint, corporis sanitatē et animę tutelam percipiant. Per Christ. **Aspergantur aqua benedicta.**

**¶ Benedictio casei vel butyri.** Cap. 37.  
**O** Ignare, q̄s ops deus, sanctificare hanc creaturam casei, vel butyri, quam ex adipe animalium p̄ducere dignatus es: et p̄cede propitius: ut quicumq; ex populis tuis fidelibus ex eo comederint vel gustauerint, omni benedictiōe celesti et gratia saturati repleantur in bonis. Per Christum. **Aspergantur aqua benedicta.** **¶ Benedictio lactis et mellis.** Cap. 38.

**¶ Adiuutorium nostr.** Domine exaud. Dñs vob. Oremus. **Oratio.**  
**B**ene \*dic dñe has creaturas lactis et mellis, et pota famulos tuos fonte perenni, qui est sp̄s veritatis: et enutri eos Abrahā, Isaac, et Jacob dicēs introducā vos in terram p̄missionis, terram fluentem lac et mel. Coniunge dñe hos famulos tuos sp̄u charitatis et pacis: sicut cōiunctus est lac et mel in Christo Iesu Dño nostro. Qui tec. **Aspergant aqua benedicta.**

**¶ De benedictione feminum, olerum, et legumini.** Cap. 39.  
**¶ Adiuutorium.** Domine exau. Dñs vob. Oremus. **Oratio.**